



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXXIV. Ein vortrag der Statt Lychem zwuschenn Cuert Paschedach vnnd dem Pfarrer zu Lichem, dorinne berurter Paschdach dem Pfarrer vor Zwene Wispel rogen Jerlicher pacht Eine freye hufe Landess vff ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

longum, ad ortum et non ad alios usus, cum omni proprietate possessionis, ita tamen quod iudicium excessuum in ipso commissorum ad nostram permaneat ciuitatem. Item alium locum, unde arena seu terra ad quolibet usus ipsius molendini libere recipiatur, quotiens requisiti fuerimus, demonstrare debemus, secundum quod expedierit ipsis fratribus et nobis parte ex utraque, super quo tamen omnis proprietate et omne ius nobis et nostre remanebit ciuitati. Item quicumque inhabitator huius Molendini, quod Costrinre Mōlne dicitur, siue ipsi fratres siue alius, qui nomine ipsorum fuerit, ad nostram ciuitatem unum currum siue plures, si eis placuerit, licite mittere potuerunt ad educendam annonam molendi gratia, omni contradictione ciuium procul mota. Similiter Johannes Scriuer uel quicumque, siue ciuitas, siue alius possessor fuerit eius molendini, quod Scriuersmōlne dicitur, et sub proprietate ciuitatis iacet, si uoluerit, unum currum et non plures ad ciuitatem mittere poterit, ad annonam molendi gratia educendam, siue omni contradictione fratrum predictorum; ita quod nullus inhabitator nostre ciuitatis nec per nos nec per nostros successores siue fratres Claustrii Celiporte aut aliquem alium compellatur siue inducatur uerbo, facto uel quocumque modo, ut annonam suam educat uel educi faciat uel ad currum molendini, quod Costrinremōlne dicitur, uel ad illum, qui de molendino, quod Scriuersmolne dicitur, ierit, ponat seu mittat, Sed liberum sit unicuique siue omni fraudulenta subtilitate, quod Allerhande argelift interpretatur, annonam suam ponere seu mittere ad quemcumque magis elegerit currum predictorum. Item quilibet ciuis annonam suam propriam cum propria sua uectura ad quodcumque sibi placuerit ducere poterit Molendinum. Nunquam uero de ullo aliquo alio molendino, iam constructo siue construendo, cuiuscumque illud siue ciuitatis siue alterius fuerit, aliquis currus ad ciuitatem pro annona educenda molendi gratia mitti debet uel admitti. Vt autem hec omnia et singula et siue fraude et subdola interpretatione inuiolata perpetuis temporibus perseuerent, quidquid in omnibus nostre ciuitatis priuilegiis huic compositioni et omnibus in ea contentis contrariari poterit, reuocamus. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXI<sup>o</sup>, in Vigilia Pasche, in Lychem.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmus Seydell, supradictum Notarium et concordat cum suo uero originali sigillato et incorrupto, quod attestor hac mea manu propria.

LXXIV. Ein vortrag der Statt Lychem zwüschem Cuert Paschedach vnd dem Pfarrer zu Lichem, dorinne berurter Paschedach dem Pfarrer vor Zwene Wispel roggem Jerlicher pacht Eine freye hufe Landels vff der Stattfeldt abtritt, Mitt fernern anhang, Wie dorinne ferner zu ersehenn etc.

Nos consules ciuitatis Lychem Recognitione publica presentibus protestamur, quod honestus uir Conradus Paschedach, prefectus nostre ciuitatis, honorabili uiro domino Johanni, plebano nostro, pro duobus Choris filiginis, quos ei annuatim debebat, unum mansum in campo ciuitatis situm, ab exactione, uigiliis quibuscumque et censu liberum et exemptum, solemnem donatione donauit, Vnde loco census, quem Ecclesia Celiportensis habuisse in dicto manso dinoscitur, ei dimisit dictus Conradus Paschedach tres solidos Brandenburgensium denariorum census in alio manso, similiter in campo nostre ciuitatis sito, quem nunc honestus uir Hermannus Carstauel possidet, eidem Ecclesie deinceps percipiendos demonstrauit ac una cum honesto domino Hinrico Crouuel, Sacerdote, fratre suo, de eisdem tribus solidis census in nostra presentia uia uoce di-